Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Sed postquam resurrexero: praecedam vos in
galileam. Petrus autem
ait ei. Et si omnes scan
dalizati fuerint: sed non
ego. Et ait illi iesus.
Amen dico tibi: quia
hodie in nocte hac.
priusquam gallus bis
vocem detur: ter me
es negaturus. At ille
amplius loquebatur.
Et si oportuerit me mori
tecum: non te ne
gabo. Similiter autem et
omnes dicebant. Et ve
nit in predium cui no
men getsemani: et
ait discipulis suis. Se
dete hic donec oram. Et
assumit petrum et iaco
bum et iohannem secum:
et cepit pauere et tede
re. Et ait illis. Tristis
est anima mea usque ad
mortem. Sustinete
hic et vigilate. Et cum
processisset paululum:
cadit super terram et ora
bat: ut si fieri posset
transiret ab eo hora.
Et dixit. Abba pater.
omnia possibilia sunt
tibi: transfer calicem
hunc a me. Sed non
quod ego volo: sed quod
tu. Et venit et invenit
eos dormientes. Et ait
petro. Simon dormis:
Non potuisti una ho
ra vigilare mecum. Vi
gilate et orate: ut non
intretis in temptacio
nem. Spiritus quidem pro